Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

requisitum neq; adhibitum fuisse, quam quod requisitus & adhibitus fuerit: quæ idem Menoch. satius refert.

Sic etiam semper benignior præsumptio tan quam potentior præfertur, argumento. L. si pupil. & ibi Bart. ff. ad. L. falc. & idem Menoch. d. casu. 412. n. 7. cum segg. & d. quæst. 29. n. 5. Omnis etiam actus in dubio præsumitur eo modo gestus, quo potuit efficaciter geri, quæ præsumptio cæteris firmior atq; potentior est, secundum Menoch. supra dictis vtriusq; locis, & per Ceph. cons. 35. n. 49. qui plures alios citant.

Et quidem hæ plures præsumptiones, quarum nunc facta mentio est, tollunt istam vnicam, quæ ex aduerso ab antiquitate temporis allegatur, quam præsumatur con sensus Domini initio venditioni accessisse, regulariter enim plures præsumptiones tollunt vnam aliquam, ut ex dictamine rationis vulgo notum est, præsertim vero magis speciales præsumptiones tollunt istam generalem ex antiquitate

temporis